enim Eccleſia in Symbolo affirmat Chriſtum tertiâ die reſurrexiſſe, illud Oſeas, dudum ex revelatione Dei prædixerat.

Mat 20. Voluit autẽ tertiâ die reſurgere Chriſtus:

Lucæ 18: 1. Propter promiſſionem.

Joan: 2. 2. Propter allegoricam locutionem.

Matt. 12 3. Propter typum Jonæ.

2. Videmus etiam patres V. T. eâdem fide in Chriſtum, ut nos jam ſalvamur

Acto: 15. ſalvatos eſſe. Summo enim gaudio reſurrectionem Chriſti deſiderârunt, &

Acto: 10 omnes Prophetæ de Chriſto teſtati ſunt.

Ephe. 4. Una enim fides.

3. Exemplum inſignis bonitatis Dei, qui populum reſurrectione Chriſti per Prophetas in calamitatibus conſolatus eſt.

DE II: LOCO.

I. Utilitas reſurrectionis Chriſti in nos redundans eſt vivificatio, *ſc.* ad æternam vitam, ut vivamus coram eo. *ſc.* in regio-

Ψ 116. ne viventium. de qua *Job 19. 1. Tim: 2. Chriſtus Joh: 12.*

V S V S.

Hoc facit ad conſolationem.

adverſus
- 1. miſerias. *Roman: 8.*
- 2. mortem. *Job 19.*
- 3. damnationem.

Si Deus pro nobis, &c.

II. Uti-